

3. (2) 3.

DISSE<sup>T</sup>RATI<sup>O</sup>  
CANONICO-PUBLICA  
DE  
JURE CONSECRANDI  
SUFFRAGANEOS  
REVERENDISSIMIS GERMANIÆ METROPOLI-  
TIS VINDICATO

EX  
CONCORDATIS PRINCIPUM  
*QUAM*  
UNA CUM PARERGIS EX OMNIGENO JURE  
PUBLICO TENTAMINI PROPO<sup>N</sup>IT  
P. ELIAS VAN DER SCHÜREN,  
MINORITA CONVENTUALIS.  
OPPONUNT  
P. LIBERIUS VAN DER HERD.  
Fr. FORTUNATUS SENTZE.  
Fr. ROMUALDUS JOCHMARING. *Eiusdem Ordinis.*  
PRÆNOM. D. HENRICUS WILLEMS, *Marcetanus.*  
*Ss. Canonum Auditores.*

IN CONVENTU NOSTRO TREVIRENSI AD S. GERMANUM  
DIE SEPTEMBRIS MDCCCLXXIV.

\*—————\*—————\*—————\*

*Augustæ Trevirorum, typis ESCHERMANNIANIS.*

OITAD E O 2210  
PATRONIS ET AMICIS.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

*Fides à nobis data (a) in præsens liberatur, dum Tractationem de Jure consecrandi Suffraganeos Metropolitis reservato sistimus: quæ nos ad hæc tractanda moverint, alibi (b) memoravimus. Interim, amice Lector! te obtestamur, ut ea, quæ hic scripsimus, seposito omni præjudicio, animi, Nationis, & Instituti secundum sapientissimum BENED. XIV. monitum (c) dijudices; minus vero, à nobis Privatum summi Pontificis irreligiosè impugnari credas: memorem enim te esse petimus illius, quod famosus Lutheri Antagonista Joannes Eckius (d) ingenuè satetur: de Ordinatione Episcoporum, quid hæc ad Primatum? Hunc, nempe Jurisdictionis, corde, ore, & calamo profitemur, atque adversus ejusdem hostes & novaturientes spiritus constanter tuebimur: Reservata quoque certa, quæ successu temporis Primate de Ecclesiarum omnium consensu accesserunt, omni reverentiâ agnoscimus; id verò absque injuria summorum paciscentium fieri posse arbitramur, ut cum celeb. Barthelio, dum Reservationes in pæctis publicis seu Concordatis non existunt, aut eas existere dubitetur, Concordatorum literam ultrà reservationes expressas non esse extendendam in præjudicium Nationis, contendamus: sola enim litera Concordatorum nobis certam legem tulit, deinceps inviolabiliter observandam, ait Æneas Sylvius. (e) Vale interim, atque laboris conatum æqui ac boni consule.*

(a) *Diss. nostra ad Conc. germ. p. 34.* (b) *Ibid.* (c) *Const. sollicita 1753.*  
(d) *Lib. de Prim. sed apost. & D. Petri adversus Lutherum C. 3.* (e) *Ep. 383.*



## TRACTATIONIS CANONICÆ

D E

JURE METROPOLITICO CONSECRANDI SUFFRAGANEOS EPISCOPOS

*EX CONCORDATIS PRINCIPUM VINDICATO.*

§. I.

Jus subditos Episcopos Suffraganeos canonice electos confirmandi ac consecrandi potissimum penes Metropolitanos ab horum primordio resedit, indubitatum est. \*

\* Confirmationem ac consecrationem Episcoporum per plura saecula actus omnino indistinctos extitisse, cuilibet hujus rei historia vel

vel parum tincto in aprico est. Quis autem in historiæ limite non deprehendit, Metropolitanos suæ Provinciæ Episcopos semper confirmasse? *Canone 4. Conc. Nicæni expressè definitur: Episcopum oportet, maximè quidem ab omnibus, qui sunt in provincia, constitui ... eorum autem, quæ sunt CONFIRMATIONEM in una quaque provincia à METROPOLITANO fieri.* Non moror hic *Guilielmum Beveregium presbyterum anglicanum, qui fecutus nonnullos interpres græcos credit in not. ad hunc canonem, hic tractari de electione solùm; sequor post plurimos Latinos versionem Dionysii & antiquissimum codicem ecclesiæ Romanæ, ubi ultima hujus canonis Clauses separatum conficit canonem cum hac inscriptione: de potestate Metropolitani: textus, qui ibidem legitur, ad literam consonat cum versione Isidori, quæ apertè significat, tractari ibi de potestate Metropolitani in confirmandis ac consecrandis episcopis suæ provinciæ; dicit enim: potestas sanè vel confirmatione pertinebit per singulas provincias ad Metropolitatum episcopum.* Ipsa occasio ac ratio, cur canon iste à Synodo Nicæna fuit editus, evidenter docet, eundem intelligendum esse de Confirmatione episcoporum Metropolitanis competente: nemo enim ignorat contentionem illam *Meletii* adversùs jura Metropolitanæ Alexandrini, quam *Sozomenus L. 1. hist. C. 24.* aliique historici referunt ad ordinationes episcoporum, quas sibi temerariè usurpaverat *Meletius contra jura Alexandrini Metropolitæ;* has ordinationes episcoporum à Meletio factas, Synodus Nicæna hinc reprobavit, atque Metropolitanis addixit. Confer. *ESPEN T. 3. p. 89.* atque ejusdem *Diff. in syn. Nicæn. §. 5.* *FLEURY T. 3. p. 194.* *Canon porro sextus ejusdem Concilii inquit: illud generaliter clarum est, quod, si quis PRÆTER SENTENTIAM METROPOLITANI factus fuerit episcopus, hunc magna Synodus definivit, episcopum esse non oportere.* Hoc canone iterum agi de jure Metropolitanico, & de Metropolitanis, non autem de jure Patriarchico aut Patriarchis, probat ipse canonis contextus, & ipsa temporis circumstantia, quo hic canon fuit editus; eruitur quoque ex cit. antiquo codice ecclesiæ Romanæ, ubi canon iste tres distinctos conficit canones, quorum *primus* præfert Tit. de *privilegiis primarum sedium,* alter: *ne, SINE VOLUNTATE METROPOLITANI, quis ordinetur episcopus;* tertius: *de sequendo majori*

mite  
sem-  
Epis-  
nia,  
una  
r h̄c  
non-  
trac-  
persio-  
i ul-  
n h̄c  
ritur,  
ficat,  
eran-  
rma-  
pum.  
litus,  
epis-  
nten-  
quam  
ones  
a jura  
lelio  
s ad-  
icen.  
ii in-  
GEN-  
bunc  
none  
n au-  
con-  
itus;  
anon  
it. de  
ME-  
uendo  
ori

majori numero in electione. *Synodus quoque Antiochena c. 19.* statuit: *episcopus, PRÆTER SENTENTIAM METROPOLITANI,* nullatenus ordinetur: ubi rectè ad hunc canonem notat cum *Balsamone ESPENIUS* l. cit. p. 152. præsente Canone idem præcipi, quod *Can. 4.* Nicæno circa ordinationes episcoporum statutum est. Consentit *Can. 12.* *Synodi Laodicensis*, ubi edicitur, ut episcopi *JUDICIO METROPOLITANORUM .... provebantur ad dignitatem ecclesiasticam:* h̄c provectio episcoporum Metropolitanis potissimum attribuitur, indubie, ob approbationem & confirmationem electionis. Addi h̄c possent alia Concilium generalia tum provincialia, queis, uti confirmationis, ita & consecrationis jus METROPOLITANIS in suos Suffraganeos palam addicitur, nempe, ut *episcopi*, prout loquitur Canon 2. Conc. Taurinensis apud du Mesnil T. 1. H. Eccl. p. 80. *Titulo missionis & consecrationis specialem unionem cum suo Metropolitanu retinerent, ac subordinationem;* tum etiam propter decantatam t. t. regulam; qui habet jus ordinandi, habet & judicandi, Conf. Syn. VII. Can. 2.

## §. II.

Jus hoc confirmandi & consecrandi episcopos in suâ provinciâ prioribus sæculis summi Pontifices non tantum non interturbârunt, sed & pro eo in Metropolitanis conservando sollicitè vigilârunt. \*

\* Exemplo sit Epistola INNOC. I. ad Victricium episcopum an. 404. apud Fleury T. 5. p. 355. relata *Can. 5. D. 64.* ubi ita legitur: *extra conscientiam METROPOLITANI EPISCOPI nullus audeat episcopum ordinare ... hoc enim & sancta Nicæna Synodus constituit atque definitivit.* ZOSYMUS Papa ep. ad Episcopum Arelatensem apud Fleury l. cit. p. 717. *JUS METROPOLITICUM salvum esse debere, afferit, tam in Ordinationibus episcoporum, quam in judiciis.* S. LEO in ep. ad Rusticum Narbonensem episcopum ita scribit: *inter episcopos recenseri non possunt, qui ab episcopis illius provinciæ,*

ciæ, CONSENTIENTE METROPOLITANO consecrati non sunt.  
 Vid. Fleury. T. 6. p. 355. Idem Pontifex in alia ep. ad Anastasium  
 Thessalonensem episcopum, in sequentem modum rescrit: cùm  
 de summi Sacerdotis (Episcopi) electione tractabitur, ille omnibus præ-  
 ponatur, quem clerus & populus concorditer postularunt, ita ut, si in  
 aliam fortè personam se vota partium diviserint, METROPOLITANU-  
 NI JUDICIO is alteri præponatur, qui majoribus & studiis juvatur  
 & meritis. & infra, „quia METROPOLITIS JUS competit, suarum  
 Provinciarum EPISCOPOS ORDINANDI. Fleury l. cit. ad  
 an. 444. p. 375. Tertia ejusdem S. Leonis epistola ad episcopos  
 Provinciæ Viennensis C. 5. ita habet: Ordinationes episcoporum Me-  
 tropolitanis reserventur: pacatè & tranquillè siant: & C. 9. ejusdem  
 epist. salvâ in omni METROPOLITARUM jurisdictione. Fleury l.  
 cit. p. 391. GELASIUS I. in ep. ad Episcopos universos per  
 Dardaniam constitutos relat. Can. 6. D. 64. iis sollicitè inculcat, quod  
 meminerint se sub Metropolitanis suis esse, & ab iisdem substitui.  
 JOANNES VIII. an. 882. Optandum ecclesiæ Genevensis episco-  
 pum consecravit quidem, sed expressis Otramo Archiepiscopo Vien-  
 nensi verbis rescrisit ep. 288. apud Fleury T. XII. p. 768. nolle se,  
 ut hæc CONSECRATIO PRÆTER ORDINEM peracta ME-  
 TROPOLITÆ JURISDICTIONI noceret. STEPHANUM  
 VI. hoc jus Metropoliticum in consecrando episcopos provinciæ  
 & agnovisse & conservasse, patet ex iis, quæ refert Baronius ad an.  
 885. in causa consecrandi episcopi Lingonensis: nempe hunc elec-  
 tum Metropolita Lugdunensis consecrare renuit: quare pro obti-  
 nendâ consecratione Stephanum Papam imploravit: sed hic eum  
 consecrare recusavit, atque secundâ vice ad Lugdunensem Archi-  
 episcopum remisit, monens illum, ut ipse suo munere in hujus conse-  
 cratione fungeretur. LEO IX. an. 1051. in literis ad Joannem Ar-  
 chiepiscopum Salernitanum datis apud Baron. ad h. an. „jus  
 Metropoliticum consecrandi episcopos secundum regulam sanctorum Pa-  
 trum in ipsa integritate Salernitani Archiepiscopatus, eidem Me-  
 tropolitæ firmat atque confirmat, & non habeant potestatem successo-  
 res nostri, inquit, in cunctis episcopatibus deinceps in perpetuum, epis-  
 copos consecrare. Accedit exemplum GREGORII VII. qui in ep.  
 ad Synoniensem Metropolitanum inquit: de ecclesia Carnotensi Ca-  
 noni-

monicam electionem in aliquam personam facere admouimus, admouimus & vos, ut eidem electioni, eam, quam oportet, aut per vos, aut per idoneos nuntios vestros, diligentiam adhibentes, quem electum canonice cognoveritis, & MANUS IMPONERE, & in EPISCO-PUM CONSECRARE nulla ratione recusetis. Adduci quoque posset pactum Callixtinum, ubi utrumque Callixtus II. & Imperator respondent, se liberas electiones ac consecrationes in ecclesiis permisuros. Conf. Gonzalez in not. ad C. 7. de Temp. Ordin. ubi plura summorum Pontificum exempla hanc in rem adducit.

### §. III.

Disciplina isthac suos Suffraganeos consecrandi in Metropolianis salva & illæsa persistit ferè ad sæc. XIII. usque. \*

\* Hoc jus Confirmandi ac CONSECRANDI Suffraganeos Episcopos, exercuisse Metropolitas Germaniae nostræ totiusque orbis Christiani, imò in eodem conservando omnes intendisse nervos sæc. XI. XII. ac XIII. patet ex iis quæ refert H. D. T. I. p. 555. Cùm Conradus Salicus Imp. Brunonem Tullensem Romæ à summo Pontifice episcopum consecrari vellet, id à Poppone Trevirensi interpositione sui juris Metropolitici impeditum testatur Wibertus in vita Brunonis Lib. I. Cap. 12. In causa Caroli Constantiensis episcopi an. 1071. in synodo Moguntina definita scripsérat Moguntinus Metropolita ad Alexandrum II. relatum est nobis, quia regia legatio cumdem designatum episcopum ad vos consecrandum deducat. In quâ re quid æquitatis & justitiae sit, discretionis vestræ libra rectè dijudicat. Rogo autem excellentiam vestræ Paternitatis, quodsi ita verum est, ne ipse hoc à vobis accipiat, quod mibi, QUI HOC CANONICE FACERE DEBEO, authoritas vestra interdixerat. Colligitur id quoque (aliorum enim sæculorum gesta & exempla hic prætero, & tantum hic ea, quæ sæc. XII. & XIII. circa Consecrationes episcoporum acta sunt, adjicio) ex literis TURSTAINI Archiepiscopi Eboracensis ad Archiepiscopum Cantuariensem an. 1120. datis, queis huic inhibuit, ne episcopum S. Andreæ, utpote suæ provinciæ subiectum consecra-

ret, atque desuper ad regem Scotiæ, ne id fieri pateretur, postulavit. Edocent hanc Episcopos consecrandi disciplinam querebæ ab ALBERTO Archiepiscopo Salisburgenſi a. 1174. in Germania Alexan- dro III. factæ, quod RICHERIUS episcopus Brixinenſis ſuus Suffraganeus absque conſensu ſuo in conuentu Ratiſbonenſi elec- tus atque ab Episcopo Gurcenſi præter Ordinem CONSECRATUS fue- rit; nec non reſcriptum Alexandri III. ad Conrādum Archi- episcopum Moguntinum desuper datum, quo huic tanquam Legato ſuo præcipit, ut Episcopis Gurcenſi & Brixinenſi diem præſcribat, intra quem Metropolitæ ſuo omnem obedien- tiam præſtare compellerentur. Idem ALEXANDER III. anno 1161. ad SAMSONEM Archiepiscopum Remensem in Gallia Bullam transmisit, quæ eidem narrat, ſe quidem MILONEM II. Episcopum Ecclesiæ Tervanensis conſecrâſſe, ſed ſalvo ejusdem jure Metropolitico. Eandem conſecrationis disciplinam ſæc. XII. ad fi- nem vergente adhuc viguiſſe in Anglia, conſtat ex iis, quæ reci- tat Fleury ad an. 1175. nempe poſtquam in Conc. Londinenſi Gode- fridus Episcopus Ecclesiæ S. Afaf in Cambria Episcopatum ſuum in manus Richardi Archiepiscopi Cantuarienſis dimiferat, hic jure Me- tropolitico, alium in ejus locum episcopum præfecit ac conſecra- vit, absque ullâ à Ss. Pontifice in hoc caſu dependentia. Idem pa- tet ex reſcripto Innoc. III. a. 1199. ad Archiepiscopum Cantuarien- ſem relat. C. 20. de elec. in verbis: *cujus (Vigoriensis episcopi) con- fimationem usque in adventum ipſius diſtulisti.* Accedit aliud ejusdem Papæ reſcriptum in Galliam relat. cap. 32. de elec. quo eadem Di- ciplina ſæc. XIII. ineunte adhuc firmatur: nempe in verbis „Me- tropolitanus . . . electionem factam ſolemniter conſirmavit. Idem аſſe- ritur in Conc. Lateranenſi ſub eodem Pontifice an. 1215. habito re- lat. C. 44. de elec. §. 1. verbis: *munus conſecrationis recipiant ſicut hac- tenus recipere conſueverunt, nempe à Metropolitanis.* ſac. XIII. Me- tropolitam Trevirenſem hoc conſecrationis jus adhuc exercuiffe, patet exemplo Dni Henrici à Vinstingen, qui ſuccellorem Episcopi Metenſis t. t. conſecravit: equidem reſtitit tunc Pontifex, ſed aliis de cauſis, quemadmodum liquet ex Bulla relaxatoria suspensionis ejusdem data à Gregorio X. a. 1272. in H. D. T. I. p. 799. ubi Ponti- tifex ita loquitur: *Tu verò quadriennio & amplius generaliter à spiri- tualium*

tualium & temporalium administratione suspensus, nec successorem Episcopi Metensis ordinare, nec alium (PROUT AD TREVIRENSEM SPECTAT, en jus Metropoliticum Trevirensis in consecrando Suffraganeos evidenter assertum) *Præfulem potuisti.* Aliud quoque exemplum, quod Rdmus Metropolita noster Trevirensis hoc suum consecrandi jus an. 1280. adhucdum exercuit, referunt FLEURY Tom. 22. p. 258. WADINGUS in suis annal. ad an. 1279. & *Hist. Ecclef. de Toul* p. 455. nempe CONRADUS Minorita Germanus, Minister provincialis vir cognomento *Probus*, Deo atque negotiis aulicis Rudolphi regis militare benè gnarus, (eligen-tibus in discordia binâ vice DD. Canonicis ejusdem ecclesiae) à Nicolao III. obtinuit Tullensem Episcopatum; sed nihilominus ad Metropolitam Trevirensim remissus, atque ab eodem, *potestate Metropolitica*, episcopus consecratus fuit. Constat inde atque unanimis est omnium Historicorum & Canonistarum opinio, CONSECRATOREM ORDINARIUM EPISCOPORUM in Provincia ad hæc tempora EXTITISSE METROPOLITAM.

*Additio 1.* Evidem S. Leo in *Ep. ad episcopos Siciliæ*, quæ est inter ejusdem epistolas decima sexta, ait: *eos sequi oportere Disciplinam S. sedis, utpote cui consecrationem episcopalem deberent:* verum id de episcopis in provinciis Suburbicariis nempe in parte Italæ ad meridiem sita, atque de episcopis Siciliæ id intelligendum esse, rectè notat Fleury in not. ad hanc epist. quos à Papa velut illorum supremo Metropolita consecrari oportuit.

*Additio 2.* In nonnullis quoque aliis casibus (qui tamen hoc jus Metropoliticum nullatenus imminuunt, sed potius stabiliunt) exterrarum Provinciarum episcopos à summo Pontifice consecratos fuisse legimus; videlicet *primo*: ubi idem ut Ss. Canonum vindex & executor universalis suam autoritatem interposuit, aut non permittens semel Canonicè electo finè causâ surrogari alium, aut irritans electionem ned-episcopi tanquam Ss. Canonibus inimicam. *2dò*: Ubi necessaria fuit Pontificis dispensatio ad dandam confirmationem episcopo electo. *3tiò*: Quando ipso jure ad Papam devolvebatur consecratio, scilicet, ubi Metropolita consecrare Suffraganeum injustè renuit,

aut

aut ob temporum fata ac injurias consecrare non potuit. *4tō:* Cūm partium dissidia circa electionem componi vix potuere absque interventu sedis Apostolice; præter exempla supra §. 2. & 3. hanc in rem allata, hoc ipsum appetet ex Bulla duplici, quam refert HAHNIUS in sua collectione monumentorum inedit. Tom. I. p. m. 119. & seq. Una inscribitur URBANO P. II. ad clerum & populum Halberstadiensem in causā consecrationis STEPHANI ejusdem ecclesiæ episcopi electi, in quā se eundem consecrassē idem Pontifex ait, sed quia à S. scde Moguntina, tanquam Metropolitica consecrationem suscipere in tanta Schistis tñcorum tempestate non posset. Alteram eidem inscribit URBANO II. \* ad Ruthardum Archiepiscopum Moguntinum de consecratione Ottonis episcopi Bambergensis in qua idem Pontifex se benedictionis episcopalnis manum eidem contulisse afferit, sed salva debita sue Metropolis reverentia: id autem à se factum idē, inquit, quoniam ecclesia per diuturna jam tempora episcopalnis officii sollicitudine caruit, & propter præteriti schismatis ultiōrem in Teutonici regni partibus per pauci episcopali funguntur officio. In H. quoque. D. T. T. I. p. 439. alia ejusdem Urbani epistola legitur ad Primicerium Metensem duosque Abbates data, super consecratione neō-electi ejusdem ecclesiæ episcopi, quā obtinuerunt hanc gratiam sedis Apostolice, ut sui esset arbitrii facere consecrari neō-electum suum, à quocunque episcopo Catholico: sed propter impedimentum, quod in Metropolitano Trevirensi tunc supponebat Romanus Pontifex. Utibidem notat ILLMUS AB HONTHEIM loc. cit. Quæ singula in Metropolitis jus consecrandi episcopos suæ provinciæ potius firmant, quām infirmant.

\* Undecunque HAHNIUS celeb. in Academia Júlia Ictus atque historiarum professor hoc suum Diploma Urbano II. inscriptum hauserit, eō vix adduci queo, ut credam epistolam illam genuinum Urbani II. partum esse. Quis enim ille Otto episcopus Bambergensis, quem à se consecratum in illa epist. affirmat Urbanus? Sanè non aliis, quām qui successit Ruperto Bambergensi episcopo an. 1102. fatis functo; qui Henrico IV. Imperatori ab officio Cancellarii extitit: qui anno 1103. nondum consecratus episcopus primò ad Papam Paschalem II. tunc existentem dedit literas, deinde personaliter eundem Anagniæ residentem accessit, atque ab eodem 17 Maji eodem

dem anno episcopus utrūcunq; reluctans consecratus fuit. Quisverò ignorat dudum tunc supremum obiisse diem *Urbanum II?* quem jamjam mortem oppetiisse an. 1099. omnes referunt historiographi. Conf. *Sandini* vit. pont. p. 447. *Fleury. Du Mesnil, Baronium Brie-tium* ad an. C. 1103. *Paschalem* itaque II. similes dedisse literas verisimiliter auguror ex eo, quòd idem Pontifex, prout allati referunt historici, ejusdem tenoris dederit epistolam ad clerum & populum Bambergensem: ubi ait: *nos tanquam B. Petri manibus, SALVO METROPOLITANÍ JURE, vobis per Dei gratiam, Ottonem episcopum ordinavimus.* Sed & hic, se jus Metropoliticum in consecrando episcopos Suffraganeos intactum relinquere velle, ostendit Pontifex Paschalis.

#### §. IV.

Ex quo verò promiscuè invaluerunt summ. Pontificum RESERVATIONES ECCLESIARUM CATHEDRALIUM \* CONFIRMATIO EPISCOPORUM in totâ Germania ad Sedem dem Apostolicam devolvi coepit \*\* una cum consecrationis jure. \*\*\*

\* Videlicet saec. XIV. Pontifices Romani à minorum beneficiorum reservationibus ad reservandas sibi pariter Episcopales ecclesias progressi sunt: quarum reservationum quasi præhedia extiterunt, Translationes & Resignationes episcoporum variis de causis factæ in manus summi Pontificis. Initium earum reservationum coepit sub CLEMENTE V. qui in extrav. et si in temporalium. de præb. inter Com. suæ dispositioni reservavit eas ecclesias Cathedrales, quas apud Curiam Romanam vacare contigeret: In Clem: in plerisque: de elect. idem Papa provisionem illarum ecclesiarum sibi reservavit, quæ in partibus diœtæ, clero & populo Christiano carerent. Reservationes istæ Clementinæ circa Cathedrales ecclesias facile incrementum sumpseré in Gallia, quòd primus Clemens V. sedem suam transtulit. Et enim teste *Baluzio* Tom. 2. vit. Pap. Avenionensi. p. 64. & Tom. 1

B

p.

p. 616. postquam anno 1305. vacaverat *Cathedralis ecclesiae Lingonensis* per decepsum episcopi Joannis Rupefortini, ejus collationem *Clemens V.* sibi reservavit, & postea *Bertrandum Degotum suum patrum*, episcopum Aginnensem illuc transtulit: ut patet ex literis commendatitiis ad regem *Philippum pulchrum* scriptis Lugduni 22 Jan. 1306. Sedem verò Aginnensem *Bernardo Targio* nepoti suo Archidiacono Bellovacensi tribuit, cùm ei fecisset legis *Gratiam*, ut ad episcopatum promoveri posset viginti quinque annos nondum natus. *Baluz.* l. cit. p. 154. Eodem anno vacaverat per translationem ecclesia Lingonensis, atque eandem contulit *Guilielmo Abbatii Musciacensi*, in cuius gratiam ad regem scriperat eodem anno 15. Nov. *Baluz.* l. cit. p. 178. *Petro Croso* episcopo Claromontano mortuo, ecclesiam vacantem contulit *Alberto Ecelino* Archidiacono Carnutino, atque regem ut solutis jure regio bonis episcopalibus fruendi copiam illi faceret, imploravit per epist. datam 11. Aug. 1306. *Fleury* ad h. an. Neque, has reservationes adeò in Gallia fuisse exceptas, mirum videri debet, tum, quia increbrescens canonistarum opinio exceptit constitutionem *Clem. I.* ut lite pendente: ubi statuitur sub generali clausula, quod ad Romanum Pontificem pertineat plenaria omnium beneficiorum & dignitatum per totam ecclesiam dispositio: tum, quia Rex Galliae non tantum non refragatus fuit huic doctrinæ novæ, atque inductis reservationibus, sed & ipse Clementis V. autoritatem adhibuit, ut haberet episcopos quos cupiebat, sicut liquet ex regis Epistola ad Papam data, quæ gratias egit, quod Pontifex *Petro de Bella* pertica sedem Antisiodorensem, *Guilielmo Barneto Bajocaffinam*, & *Nicolao Lufacrano Abrimensem* destinasset. *Baluz.* l. cit. p. 587. Ad ecclesiam quoque Senonensem an. 1309. vacantem idem Rex à Papa transferri petuit *Philippum Marennium* tunc Cameracensem episcopum utpote personam suis desideriis gratam & de qua fiduciam gereret pleniorum. *Baluz.* T. 2. p. 144. & 146. Reservationes has clementinas confirmavit & auxit *Joannes XXII.* extrav. ex debito inter comm. de elect. qui provisioni suæ reservavit omnes episcopales ecclesiæ apud sedem illo vivente vacantes. *Benedictus XII.* extrav. ad regimen dispositioni apostolicæ reservavit omnes episcopales ecclesiæ tunc apud Sedem apostolicam quomodocunque vacantes & imposterum vacuras...



turas... Denique sequentes Romani Pontifices reservationem istam extenderunt ad *omnes ecclesias Episcopales*, tam apud Sedem apostolicam, quam extra curiam vacantes in *reg. 2. Cancell.*

\*\* Postquam per reservationes istas generales Ecclesiarum Cathedralium Capitulis nobile electionis jus ademptum fuit, eadem quoque recens disciplina METROPOLITANIS potestate confirmandi suos Suffraganeos, quae per tredecim facile saecula, tum intra tum extra synodos inconcussa transiit, & quam jus Commune Decretalium apertissime supponit & confirmat, admittit, & Sedi apostolicæ reservavit. Neque mirum: cum enim sec. XIV. provisiones Cathedralium ecclesiarum ad summum Pontificem generaliter fuere devolutæ, indignum credebatur, ut à Romano Pontifice de Episcopatu provisus à METROPOLITANO confirmationem petteret, & accipere juberetur; quid enim id aliud, quam collationem Pontificiam Metropolitani iudicio ac sententiae probandam vel improbandam subjecere?

\*\*\* Jure Confirmationis semel ad summum Pontificem devoluto, fieri non potuit, ut neque jus Consecrandi hoc saeculo ad eundem transiret: quare ex hoc tempore nulla *episcoporum* à Papa provisorum *Consecratio* peracta fuit independenter à summo Pontifice; sed vel Papa ipse hoc consecrationis munus obivit, episcopis rescribendo, ut suo se conspectui representarent consecrandos, Conf. C. 33. de test. & Fleury H. E. ad an. 1306. vel faciendo eos, ubi personaliter comparere non potuerunt, consecrari per alios, consecrandi facultatem tribuens per literas Apostolicas, ceu ex horum temporum historia aperte liquet.

*Additio.* His temporibus confirmatio à consecrationis actu secerni coepit, atque tria illa consideratio matrimonii spiritualis invaluit, quod episcopum inter & ecclesiam intercedit: nempe *electio* instar sponsalium, *confirmatio* instar matrimonii rati, & *consecratio* consummata ad instar habetur. Cap. 4. de translar.

## §. V.

Subortis contra Reservationes istas Cathedralium Ecclesiarum atque ablatum inde à Metropolitis jus Confirmandi ac Consecrandi variis querelis inter omnes ferè Nationes \*, tandem Nationi nostræ Germanicæ sæc. XV. per Concordata Jus liberum eligendi in Cathedralibus Ecclesiis restitutum fuit \*\*, relicto nihilominus jure Confirmandi episcopos in manibus summi Pontificis. \*\*\*

\* Sanè *Eduardus III. Rex ANGLIÆ* à senatu regis edoctus duas ad Clementem VI. dedit literas, queis acerbè conqueritur *electiones liberas* Cathedralibus ecclesiis præripi, atque episcopos à Papa ordinari non absque levi præjudicio Nationis & Archiepiscopi Cantuariensis (*Joannis Stretfordii*) quem inter Praefules Ecclesiasticos Angliae authorem fuisse ita resistendi Papæ, refert *Fleury* ad an. 1344. non alia de causa. quām ut electiones in Cathedralibus ecclesiis liberæ permitterentur, atque Metropolitanis jus Confirmandi ac consecrandi episcopos inconcussum permaneret. Literas querelantes regias refert *Fleury* l. cit. Similes querelæ tum temporis natæ sunt in **GALLIA**, uti edocemur per edictum Caroli VI. in cuius initio Rex afferit „*salubriter institutum esse statutis Conciliorum generalium, quod Prælati ad ecclesiæ Cathedrales per electionem assumantur, atque Cathedralium Ecclesiarum EPISCOPI per suum METROPOLITANUM CONFIRMENTUR* „ ex post verò conqueritur, hæc electionum ac confirmationum iura per reservations Pontificias non leviter infringi : quare Conc. Nationale Parisiense an. 1408. celebratum, inter alia Decreta Can. 4. statuit : *episcoporum electiones à METROPOLITANIS CONFIRMENTUR, ad quos etiam pertineat EPISCOPOS CONSECRARE, ut etiam ABATES sibi immediatè subjectos CONFIRMARE, iisque BENEDICTIONEM conferre.* *Fleury ad h. annum.* Neque reges Poloniæ destiterunt suis edictis Papales infringere reservationes episcopatum in suis regnis teste *Raynaldo* ad an. 1427. & 1429. Querelas

relas in Hispania contra reservationes & laesa inde Metropolitanorum jura exortas recenset *Fleury* ad an. 1399. Nationem quoque nostram Germanicam eo tempore desuper conquestam esse, testis est *Gudenus Cod. Diplom.* T. III. p. 507. seq. testis est *Corringius Diff. de Constit. ep. Germ.* ubi *Ludovicum IV. Imperatorem ejusmodi Romani Pontificis Provisionibus ac Ordinationibus sese oppo- suisse*, afferit. Testatur *Fleury H.E.* T. 22. p. 391. & T. 26. p. 365 & 371. Omnia loco sufficiente notissima illa *Avisamenta* sub Imperatore Sigismundo concepta & à Natione nostra in Conc. Constantiensi exhibita, quae inter alia postulata hæc continent: *Petimus, quatenus Sedes apostolica contenta sit reservationibus clausis in corpore juris, & . . . , CONFIRMATIONES EPISCOPORUM per METROPOLITANOS fieri liberè, permittat. Conf. Goldast. Const. Imp. T. I. p. 391.* similes querelæ motæ sunt in *Avisamentis Moguntinis* de an. 1440. tempore Conc. Basileensis. *Fleury* ad h. an.

\*\* Id manifestum est tum ex *Concordatis Principum*, ubi acceptatum à Natione nostrâ fuit Decretum Conc. Basil. de electionibus ab Eugenio IV. ejusque successore Nicolao V. approbatum & confirmatum, tum etiam ex *Concordatis Aschaffenburgenibus*, §. Item in ecclesiis Metropolitanis &c.

\*\*\* Evidem Rdm. Germaniae nostræ Praefules pro restituendo Confirmationis jure Superioribus immediatis seu *Metropolitis* in Conciliis tum Constantiensi tum Basileensi laborarunt multum; quid? quod stante neutralitate tempore dissidii inter PP. Basileenses in Conventu Moguntino an. 1439. inter alia Decreta Conc. Basileens. etiam hoc acceptarunt: ut confirmatio electionum fiat per superiorem immediatum, ad quem spectat jus Confirmandi, quod si verò ipse sine causa rationabili confirmare distulerit, mediatus superior desuper adiri poterit: ceu loquitur instrumentum acceptationis in Lib. Concord. Nat. Germ. T. I. p. 53. seq. Verum in Concordatis Aschaffenburgenibus huic Decreto acceptato derogatum fuit, §. cit. Item in *Metropolitanis*. atque jus Confirmandi episcopos Germaniae (quamquam præter canones & statuta Ss. Conciliorum) Sedi apostolicae reservatum.

*Additio.* Unicum in Germania superest antiqui juris Metropolitici in confirmando episcopos provinciae exemplum. *Archiepiscopus* nempe *Salisburgensis* quatuor suos Suffraganeos, *Chiemensem*, *Gurensem*, *Seccoviensem* & *Lavantinum* instituit & ordinat in hunc usque diem, independenter ab omni Sedis apostolice promotione. Causam hujus relieti primigenii juris refert *Böckn* ad *Tit. de præb.* n. 118. nempe *Nicolaus V.* in Bulla an. 1447. ad ecclesiastiam Metropolitanam Salisburgensem data declaravit: *juri Archiepiscoporum Salisburgensium ob merita singularia in dictas ecclesias nihil fuisse detractum.*

## §. VI.

An verò ipsum JUS CONSECRANDI SUFFRAGANEOS à Rdmis Germaniae nostræ Metropolitis unà cum confirmationis jure abdicatum quoque fuit? \*

\* Contendunt id *Espinus T. I. J.E.U. Tit. de Consec. Ep. alii* que ejusdem aevi scriptores. *P. Wolfgangus Schmid. Diff. de Reserv. Pontif. a. 1773.* emanata ait, *consecrationem Suffraganorum à Metropolitis TACITE per Concordata Aschaffenb. ablatam atque Sedi apostolicæ reservatam esse.* *Schrod.* in suis Instit. *Tit. de elect.* inquit, *consecrationem non per Concordata quidem Sedi apostolicæ reservatam esse,* sed quod hæc tanquam accessoria confirmationem ipsam sequeretur; hi omnes provocant ad usum & praxin: quare haberetur in Pontificali Romano sub *Tit. de consecratione electi in episcopum:* *nemo consecrari debet, nisi prius constet consecratori de commissione consecrandi sive per literas apostolicas, si sit extra curiam, sive per commissionem vivæ vocis Oraculo à summo Pontifice consecratore factam, si Consecrator ipse fit Cardinalis.* Negant è contra duo, Rdmorum Germaniae nostræ Metropolitarum, Consiliarii Ecclesiastici intimi, alter Serenissimi ac Rdm Archiepiscopi nostri Trevirensis Cl. NELLERUS Diff. de certis S. Conc. Basil. Decretis &c. C. 2. §. 2. ubi notat: *de Reservata superioribus immediatis consecratione ... nihil est immutatum in Concordatis Aschaff. hinc, istis non obstantibus Metropolitani suorum episco-*

episcoporum Suffraganeorum consecrationes prætendere possunt, licet omnes confirmentur Romæ. Alter Rdmi Archiepiscopi Moguntini Cl. SCHLÖR Diff. de nat. & indol. Concordatorum ut sunt pacta p. 102. ubi inquit: *nihil Ss. Pontifici bodie reservatum, nisi quod in Concord. Aschaff. illi EXPRESSE addictum: inter illud verò non est consecratio Suffraganeorum, consequenter non est Ss. Pontifici reservata.*

## §. VII.

IPSA CONCORDATORUM Principum \* LITERA aperi-  
tissimè addicit METROPOLITANIS Germaniæ JUS CONSE-  
CRANDI suos Suffraganeos. \*\*

\* Omnino hic suppono ex receptissima in pluribus Academia-  
rum Germaniæ Cathedris sententia: Concordata Principum etiam  
hodie tanquam pacta publica & legem fundamentalem imperii at-  
tendenda esse: quemadmodum id insinuat 1) ipsum acceptationis  
Instrumentum sub Alberto Romanorum rege. 2) Diploma ge-  
nerale Friderici Alberti Successoris, quod reperitur asservatum in  
Abbatia ad S. Jacobum Moguntiæ. 3) Instrumentum Facu-  
ltatis, quod Eugenius IV. dedit suis legatis ad Diætam Francofur-  
densem, ut confirmarent Germaniæ nostræ nomine Pontificis de-  
creta sub Alberto II. acceptata, quod extat apud Raynaldum ad an.  
1446. n. 3. 4) Ipsa Eugenii IV. Bulla quæ incipit: ad Tran-  
quillitatem. præcipue in verbis: *finaliter concordare.* 5) Bulla  
specialis desuper data Archiepiscopo Moguntino, cuius Originale  
extat in Archivio B. M. V. ad Gradus Moguntiæ. 6) Foedus  
initum inter Archiepiscopum nostrum Trevirensem ac regem Gal-  
liae 28. Julii an. 1447. extans in *Harzheim Conc. Germ.* T. 5. p. 385.  
& H. D. T. T. 2. p. 409. 7) Item clausula Concordatis Aschaf-  
fenb. inserta: *in aliis autem. Confer quoque 8) rationes pro firmi-  
tate eorum adductas à Cl. WÜRDWEIN in subscriptis Diplomat. T. 2.  
docebunt quoque aliae plures ab eo adducendæ in *historia sua Diplo-  
mat. Concordatorum*, quam idem successu temporis edendam spo-  
pondit*

pondit nuperimè T. 4. *subsid.* in præf. 9) Accedunt plura Concilia provincialia, inter cetera *Coloniense* de an. 1536. quod ad Varia ejusmodi decreta acceptata provocat. Queis attentis compertum satè puto Concordatorum Principum robur & observantiam.

\*\* *Ad ipsam Concordatorum Principum literam* (quam exortis circa veram Concordatorum mentem Controversiis Germania semper tenuit *cum obvio & naturali ejusdem intellectu*, quæ nunquam finit Legem hanc fundamentalem Sacerdotium inter & imperium novis vanisque interpretationibus & æquivocationibus in altercationem pertrahi, atque ad sensus peregrinos detorqueri) hic provoco: in Instrumento acceptationis, ubi acceptatur decretum: *de electionibus* ita legitur: PROMOVENDUS PER PAPAM .... REMITTATUR AD SUUM SUPERIOREM IMMEDIATUM CONSECRANDUS AUT BENEDICENDUS. Unico excepto casu, *nisi forsan talis promovendus praesens fuerit in Curia romana, quo casu nihilominus remittatur, ut huiusmodi suo immediato superiori praestet debitum juramentum.* Quis hic ex literali & aperto Concordatorum textu non videt METROPOLITANIS CONSECRATIONEM SUORUM SUFFRAGANEORUM unà cum exactione debiti juramenti restitutam & confirmatam esse? Verùm cùm Concordata Principum robur haud obtineant in iis, quibus per Concordata Aschaffenb. derogatum aut immutatum extat, uti loquitur clausula iis inserta: *in aliis autem, in praesenti dispiciendum venit, num jure consecrandi Metropolitico in iis quidquam derogatum aut immutatum fuerit.* Utrumque Concordatorum Aschaffenb. schema ita habet: *proviso, quod confirmati & provisi per Papam, nihilominus Metropolitanis & aliis praestent debita juramenta & alia, ad quae de jure tenentur.* Conferamus nunc praesentem textum cum eo, quem retulimus ex Concordatis principum: quis mutationem quandam *circa consecrationis jus* deprehendit? Confirmationis jus Metropolitanis abdicatum esse, ex iis palam est. Quid vero *de consecrationis jure* in Concordatis Aschaffenb. statuitur? Quid ordinatur, aut quid immutatur? nihil. Quod si vero Concordata derogatoria nihil de eo statuant, quis sanæ mentis *juri consecrandi Metropolitico*

tico in Concordatis Principum, per verba, remittatur *Consecrandus ad suum superiorem immediatum*, definito quidquam detraictum esse creder? in quantum *Concordata Principum Aschaffenburgenibus non obviant, nihil exitit immutatum*: ubi verò aut in quo *jus consecandi Metropolitis* in Concordatis Principum addictum obviat allato Aschaffenburgensum textui? an *jus exigendi debitum juramentum ab Episcopis excludit, & secum non compatitur jus consecandi?* Evidem obligatio debitum praestandi juramentum in Aschaffenburgenibus expressa tantum fuit: sed propterea *jus consecandi* in iis exprimi non oportuit, sufficienter enim *Metropolitanis*, ut iis salvum & integrum maneret consecrationis *jus*, cautum erat per Concordatorum Principum literam nempe *remittatur consecrandus ad suum superiorem immediatum*; & cùm Aschaffenburgensia erant tantum redhostimenti loco, queis sanctae Sedi nonnullorum abdicatione compensatio fieret, consecrationem unà cum confirmatione exprimi oportuisset, si utraque abdicata & summo Pontifici reservata dici velit. Imo, si ipsum Aschaffenburgensum textum inspiciamus, non obscurè inde colligitur firmatum potius de novo esse *jus consecandi* in *Metropolitis*; ait enim: *provisi & confirmati præter juramentum præstandum præsent iis alia, ad quæ de jure tenentur: ad quæ verò ex lege Concordatorum Principum, tempore, quo Aschaffenburgensia fuere condita, Suffraganei adstricti erant suis Metropolitanis? ad quæ eos obligavit *jus nativum ac ordinarium* in *Metropolitis* residens? redeamus ad *Concordata Principum*: nempe: *remittantur consecrandi ad suum superiorem immediatum* seu *Metropolitam*? ab hoc eorum consecratio de jure fiat, prout tories Conciliorum tum provincialium tum generalium statutis ordinatum, atque summorum Pontificum elogiis ac præceptis inculcatum extat. Conf. §. 1. 2. 3. Jus itaque *Metropoliticum assertum* potius quam derogatum aut immutatum ex utroque Concordatorum textu credendum est, excepto unico casu, *ubi consecrandus præsens foret in Curia Romana.**

## C

## §. VIII.

## §. VIII.

Hoc jus Suffraganeos consecrandi Metropolitis per Concordata restitutum esse, suadet vera, pacta publica interpretandi, regula. \*

\* Ubi evidens est Concordatorum litera, nullam interpretationem admittendam esse, quâ vis Concordatis inferatur, alibi vidi mus: quid hoc enim esset aliud, quâm pronam Pactis ac Concordatis sanctissimè servandis contraveniendi parare viam? quod neque de Natione nostra utpote integerrimæ semper ac germanæ fidei, neque de altero summo Pacifcente præsumi oportet unquam: hic autem omnino evidentem esse Concordatorum textum, nempe: remittatur *Consecrandus ad suum superiore immediatum*, vel obiter inspicienti patet. In dubio verò, utrum in Concordatis Aschaffenburgensis immutatio quædam facta fuerit circa Concordata Principum, interpretationem tunc fieri debere, facile admisero. Sed quænam tunc interpretationis regula? *in dubio mutationis facta*, ait Schmid Diff. cit. p. 133. *nihil immutatum esse indubium est*. Dat o itaque, neutquam concesso, dubium hic esse, num circa consecrationis jus in Concordatis Principum definitum, mutatio quædam facta fuerit, in *Concordatis exceptivis*, nihil immutatum esse in eo dicendum est. Quemadmodum enim unanimis est sententia, quod lex certa eò usque obliget, donec mutatio legis æquè probetur certò: quia correctionem contra jus clarum præsumere omnino nefas est, ità & illa lex quam sibi summi imperantes per pactum solemne seu Concordata Principum circa consecrationis jus dixeré, nempe remittatur *consecrandus &c.* manebit certa & indubitata, donec mutatam fuisse certò appareat. Ubi autem mutatam fuisse consecrationis legem in Concordatis Principum stabilitam, appet certò? audiamus, quid hæc in re edifferat Cl. Schrod in suis Instit. Tit. 6. p. 202. nempe per Concordata Aschaffenburgensia consecrationem non esse reservatam summo Pontifici, utpote quæ de illo tucent. Sanè immutationem quandam esse factam in Aschaffenb. circa consecrationis jus neque hic intuetur: quodsi ergo nulla immutatio facta

facta sit, subintragat regula Concordatorum Principum: nempe, remittatur consecrandus ad suum superiorem immediatum. Accedit, quod in dubio, an per Concordata Aschaffenb. quidquam immutatum fuerit, conditio Nationis germanicae teste eodem P. Schmid. I. cit. longe melior illa summi Pontificis esse debeat. Apud omnes verò in confessu est, Metropolitanos exitissime Consecratores ordinarios suorum Suffraganeorum, atque in casu violati hujus juris metropolitici sèpiùs contradixisse vid. §. 3. hujus Tract.; hinc in dubio an contra jus nativum Metropoliticum consecrandi, jure postliminii in Concordatis Principum restitutum & pacto publico firmatum, in Concordatis Aschaffenb. pro sum. Pontifice facta sit mutatio, nihii immutatum, atque jus Metropolitarum in Consecrando Suffraganeos salvum semper & integrum esse, presumi debet; unde ait Celeb. Barthelius Diff. 2. ad Concord. german. p. 345. *Regula, Concordata in favorem Ordinariorum interpretanda esse, statuitur priuori Ecclesiæ Discipline, primigenio Metropolitarum & Episcoporum iuri ac Ecclesiarum utilitati innixa.* Conf. Cl. ZALLWEIN. qui T. III. p. 316. ita inquit: *Cum ordinarii (ac Metropolitae) habeant pro se jus antiquissimum, & continuatam per XII. secula (consecrandi Suffraganeos) possessionem; & è contra reservationes à Pontifice factæ & in Concordatis germanicæ eidem stabilitæ sint contra jus commune: hoc ipso pronuntiandum est IN DUBIO in favorem ordinariorum ac Metropolitarum.*

### §. IX.

Idem jus Metropoliticum circa CONSECRATIONEM firmat ipsa tum Principum tum Aschaffenburgensum Concordatorum indoles. \*

\* Ea nempe est utriusque Concordati indoles, ut Concordata Principum velut pactum regulativum, Concordata verò Aschaffenburgenia velut pactum exceptivum habenda sint: Conf. Ant. Schmid. Instit. & Wolfgang. Schmid. Diff. cit. p. 116. quod si Concordata Aschaffen-

Aschaffenburgenſia, ait, in ſe ſpectentur, & quatenus reſtringunt Concordata Principum etiam EXCEPTIO à REGULA, hoc eſt à Decretis Baſileenibus modiſcatis dici poſſant, & conſequenter ſub hoc reſpectu nonniſi ſtrictam interpretationem recipiunt. Duo itaque ex agnita hāc utriuſque Concordati indole conſideranda veniunt: priuim eſt: plus juris Concordata Aschaffenburgenſia utpote exceptiva ſummo Pontifici non attribuunt, quam quod excipiunt ab iis, quae per Concordata Principum Episcopis ac Metropolitanis literaliter jure poſtliminii reſtituta ſunt: alterum eſt: Concordata Aschaffenburgenſia tanquam exceptiva à Concordatis Principum ſtricta interpretationis fore. Jam verò ad noſtrum jus Conſecrationis Metropolitanum: hoc in vim pacti regulatiui ſeu Concordatorum Principum reſtitutum eſſe Metropolitanis, docet eorum maniſta litera, nempe remittatur conſecrandus, quid verò ab hoc jure excipitur in Concordatis Aschaffenburgenſibus ceu exceptivis? ſanè nulla hujus juris mentio in Aschaffenburgenſibus apparet. Exceptum autem non cenſetur in contraētu id, quod non apparet. Calvin. Lexic. jurid. ad h. vocem exceptum. quemadmodum itaque attentà iſta Concordatorum indole ita argumentari fas eſt: in Concordatis Aschaffenburgenſibus tanquam exceptivis nihil prorsus exceptum atque expreſſum fuit quoad reſervationes per regulas Cancellarie aliásque conſtitutiones apostolicas introductas, ideoque quoad has nihil immutatum eſt in iis contra nationem, ergo iis ſublatis per Concordata Principum velut regulam, jus liberæ collationis Nationi germanicæ manet reſervatum, ſeu potiū jure poſtliminii reſtitutum. Vid. Schmid. Diff. cit. p. 128 & 129 ita quoque idem de jure conſecrandi Metropolitico aſſeri omnino debet: nempe, in Concordatis Aschaffenburgenſia utpote exceptivis nihil prorsus expreſſum atque exceptum fuit quoad jus Conſecrandi per reſervationes Cathedralium Eccleſiarum ad ſedem apostolicam devolutum; Ergo eo per Concordata Principum reſtituto in verbis „Remittatur conſecrandus &c. jus Conſecrandi Metropolitanum Suffraganeos Episcopos manet Metropolitanis reſervatum ſeu potiū jure poſtliminii reſtitutum. Praefertim cum Concordata exceptiva ſtrictam interpretationem fortiantur, adeoque ultra exceptionis literam non ſint extendenda. Unde recte ait Author ſtrittiger Staatschriftſten. 3. Theil. p. 136. So oft iſt in der Strenge den

den Concordatis Principum ein gesäzmäßiger Plan einzuraumen, so oft man die achtzen baseler Decreten vor sich hat, denen durch die aschaffenburger Verträge nichts entzogen ist.

### §. X.

Huic juri Merropolitico in Concordatis Aschaffenburgenibus TACITE derogatum esse, nullâ ratione asseri potest. \*

\* Tacitam fors imputationem aut derogationem factam esse, ex eo videretur, quod in textu Concordatorum Aschaffenb. non nulla sint omissa, nempe: remittatur consecrandus &c. At quero: num recte ea omnia, quae in Concordatis Aschaffenburg. reperiuntur omissa, tacite immutata dici eo ipso possint: plura in his non sunt expressa, quae tamen in Concordatis Principum expressè definita suum adhuc hodie obtinere effectum dici debent, uti liquet ex iis que supra §. IX. deducta sunt de reservationibus. Profectò plura alia eo ipso, quod in Concordatis Aschaff. non fuerint expressa seu omissa, è contra in Concordatis Principum expressè in pactum deducta sint, adoptat uterque Cl. Schmidt, Heidelbergensis in suis Instit. v. g. Tom. I. p. 83. 161. & T. 2. de decimis Papalibus. alter Fuldensis. Diss. supra cit. C. V. de negotio finali in Concord. Aschaffenb. per totum. Non ergo potior ratio pro Consecratione adferri potest, cur hæc utpote omissa reservata nihilominus Ss. Pontifici dici possit, cum apertissima ejusdem Metropolitanis reservatæ mentio fiat in Concordatis Principum. Accedit tacitas immutationes, derogationes, exceptions in pactis publicis jure naturæ servandis, item in jure nativo ordinario accomuni Metropolitanis competente, velut odiosus omni jure reprobari: unde notissimum illud, specialiter in odium juris communis ac ordinarii concessa, & excepta, specialiter exprimi debere. Ubi autem expressa legitur immutatio aut exceptio in pactis subsequentibus circa jus Consecrandi in Concordatis Principum Metropolitis definitum, atque iis jure ordinario ac nativo competens? nullibi. Quā ergo ratione tacita hæc immutatio aut exceptio cum habere queat, non video. Rectius itaque ratiocinatur

natur Cl. SCHROD. in suis Instit. T. I. Tit. VI. p. 202. Concordata Aschaffenburgenſia de Conſecratione Suffragan. tacent, ergo in vim eorum non eſt ſummo Pontifici reſervata. Ex quo verò in contrarium infero: Concordata Principum apertè & literaliter Metropolitis juſ conſecrandi Suffraganeos reſtituunt ergo iuſdem in vim eorum manet reſervatum, quia Aschaffenburgenſia, tanquam ab iis exceptiva, de eodem tacent..... Præterea exceptionem obſcuram, in paetiſ nullius momenti eſſe, patet ex L. I. §. Labeo ſcribit. ff. de flumin. l. Titiae textores in pr. ff. de Legat. l. Bartol. in l. I. ff. de exception. Item, obſcurè excipere, eſt, nihil excipere: argum. l. de ætate. §. nibil intereſt. ff. de interrog. ergo tacita illa immutatio aut exception hinc circa conſecrationis juſ tanquam obſcura, adeoque tanquam in Concordatis Aschaffenburgenſibus non apparens, locum habere non videtur. Quanquam non diſſitear, Nationis noſtræ Metropolitas traectare ita finaliter potuiſſe cum Sede apostolica, ut & iſum conſecrationis juſ cum jure conſirmandi à ſe in paetiſ finalibus abdicatum eſſe vellent: verū ubi eos ita traectare voluiſſe conſtat? Si tacita eorum abdicatio ita facilè præſumi queat, quorū tot Germaniæ noſtræ Metropolitarum querelæ ſuper laefiſ ſuis juribus Metropoliticis, præſertim, jure Conſirmandi & Conſecrandi epifcopos Suffraganeos in Conc. Constantiensi exhibitæ apud Goldast. T. I. Conſt. Imp. p. 391. & an. 1440. repetitæ in Avisamentis Moguntiniſ, quæ proſtant in der neuen und vollſtändigen Sammlung der Reichſabſchieden P. I. p. 166 & ſeqq. ? quorū expreſſa eorum petitio in Conc. Basil. Sess. 12.: Ceterum ſtatuerē dignetur ſacrum Concilium, quod promovendus per Papam ſecundūm quandam clauſulam hiuſ Decreti (de electionibus) REMITTATUR CONSECRANDUS AUT BENEDICENDUS AD SUUM SUPERIOREM IMMEDIATEM? quorū eorum conſtantissima declaratio, quā jura ſua Metropolitica ſibi reſtituendaurgebant in Comitiis Francofurdenſibus an. 1446. atque in notulis illis per Germaniæ legatos Eugenio IV. transmiſſis? Profecto haec omnia tacitam illam præſumptamque abdicationem circa conſecrationis juſ penitus elidunt. Neque plus Metropolitanos de juribus ſuis Metropoliticis abdicasse credendum eſt, quam in Concordatis Aschaffenburgenſibus expreſſum extat, præcipue cùm juſ Conſecrandi Suffraganeos fit eſſentialis quaſi qualitas inhae-

inhabens visceribus ac ossibus Metropolitanorum ab horum primordio. Conf. RIEGER *Instit. P. I.* de potest. Metrop. Salvus itaque & incolmis stat Concordatorum textus: REMITTATUR CONSECRANDUS AD SUUM SUPERIOREM IMMEDIATUM SEU METROPOLITAM, quod enim non est immutatum curflare prohibetur? L. 27. Cod. de Testam.

### §. XI.

Neque jus Consecrandi Metropoliticum ex eo corruit, quod CONSECRATIO velut *consecaria* sequeretur ipsam confirmationem Ss. Pontifici ex Concordatis reservatam, prout contendit Cl. SCHROD. in suis *Instit.* loc. cit. \*

\* Ità deduci posse, cuidam videretur ex eo quod ex arg. C. 3. de *Constit. de connexis eadem sit habenda ratio*: nemo autem ignorat, consecrationem velut *consecrariam* semper annexam extitisse Confirmationi; consecratio itaque ab eo de jure fieri debet, cui competit jus confirmandi; Sed utut hæc valde speciosa appareant, pro praesenti ramen casu nihil evincunt. Prioribus quidem seculis, ubi confirmatio ac consecratio aëtus fuere indistincti, ab eo consecratio contigit, qui habuit jus confirmandi, vid. §. 1. 2. at postquam sec. XIII. confirmatio à consecratione secerni coepit, nova invaluit disciplina, consequenter alia utriusque actus erat habenda ratio, nempe factæ ab invicem divisionis tempore, illud *connexionis vinculum* inter utrumque *dissolutum* esse, adeò, ut aliis tunc extiterit, qui confirmavit, & alias, qui consecrationis manum imposuit: confirmavit plerumque Ss. Pontifex; confirmatos nihilominus remisit ad Metropolitanos, ut consecrarentur: manifestè hoc eruitur ex C. 44. de elect. ubi episcopi ultra Italiam constituti Confirmationem sui officii à Papa percipere jubentur, *Munus vero consecrationis recipiant, sicut hacemus recipere consueverunt*, nempe à Metropolitanis. Conradus Tullensis Episcopus à Nicolao III. provisus ad Metropolitanam Trevirensem remissus fuit, non pro confirmando, sed ut ei consecratio-

cretionis manum imponeret; Fleury ad an. 1279. manifesto indicio, quod jus confirmandi ac consecrandi jam eo tempore velut jura distincta haberi coeperint. Verum ad tempora Concordatorum transeamus: Postquam occasione confirmationis episcoporum reservatae, etiam consecratio tandem ad Ss. Pontificem devoluta fuit, Metropolitanus Germaniae in utroque jure sibi restituendo laborarunt: vid. §. 5. at quenam eorum mens ac intentio extitit circa *jus consecrandi*, casu, quo confirmatio aut provisio Romae fieret? ea palam eruitur ex Concordatis Principum: PROMOVENDUS PER PAPAM, inquit, REMITTATUR AD SUUM SUPERIOREM IMMEDIATUM, CONSECRANDUS AUT BENEDICENDUS: quid aliud haec insinuant, quam quod Metropolitanus jus confirmandi ac consecrandi non tanquam jura *connexa*, sed *separata* considerari vellent, atque ubi a Ss. Pontifice jus confirmandi exerceri contingeret, jus consecrandi properea ab eodem ex ratione *connexionis* exerceri non oporteret? cum itaque Concordata Alchaffenburgensia ex mente Cl. SCHROD. de jure consecrandi taceant, & propterea illud Ss. Pontifici non reservent: neque asserti potest, consecrationem tanquam *connexam* aut *consecrariam* sequi ipsam confirmationem, eò quod Metropolitanus in Concordatis Principum expressè sibi velint reservatum esse jus consecrandi, casu, quo provisio aut confirmatio a Ss. Pontifice fieri contingeret.

### §. XII.

Neque juri Metropolitanico ex Concordatis Principum Metropolitanis reservato obest contraria praxis & observantia. \*

\* Hæc enim est aut ex Metropolitanorum dissimulatione, qui jus consecrandi nativum in suos Suffraganeos sibi competens non urgent; aut nuda tantum facta sunt, quibus Metropolitanus non contradicunt: porro praxin & observantiam non tollere jus ex Concordatis Nationi nostræ quæsum, etiam præscriptionis viâ, appareat ex constanti mente nationis, quæ sua verba promissoria nulla praxi aut præscriptione contraria oblitterari finit unquam: quæ in actis pub-

publicis sœpiissimè profitetur vivendum & standum esse *firmiter Concordatis, contraventiones esse tollendas.* *Recess. Imp. de an. 1500. tit. 44. §. 3. capit. Ferdin. I. §. 15. Rudolph. II. §. eod. Mathiae §. 17. Ferdin. II. §. 15. Ferdin. III. §. 18. Ferdin. IV. §. 16. Leop. I. §. 19. Josephi I. §. 18. Caroli VI. art. 14. Caroli VII. art. 14. §. 3. Francisci I. art. & §. eod. capit. noviss. Josephi I. gloriosè regnantis art. & §. eod.* In specie verò quoad jura Metropolitica non tantùm an. 1455 & 1457. ab electoribus & reliquis statibus Imperii, in specie Ecclesiasticis, sed & ulterius an. 1563. ab ipso Imperatore nomine nationis fuit reclamatum *Conf. observat. historicō-jurid. in Concord. Nat. germ. p. 15.* unde an. 1587. Archiepiscopus Coloniensis, Ecclesiae Mindensis episcopum constituit ac consecravit, absque ulla à Sede apostolica dependentia. *Conf. easdem observ. p. 82.* Quid? quod, si ad novissima attendamus tempora, *praxin universalem* saltem, quoad consecrationem reservatam Papæ non obtinere, ex eo patet, quod an. 1754. ambo Episcopi, *Tullensis de Drouas, & Verdunensis de Nicolay* petita & impetrata à Rdmō Metropolitano Trevirensi FRANCISCO GEORGIO speciali commissione in Archiepiscopum Parisiensem, ab hoc ex illius delegatione Episcopi ordinati sint. Vid. ILLMUS ab HONTHEIM H. D. T. I. p. 155.

### §. XIII.

Neque sententiæ nostræ obest, Authoritas ESPENII aliorūque ejusdem temporis scriptorum. \*

\* Evidem *Espenius J.E.U. P. I. T.XV. C. I. n. 13.* ita inquit: *bodie verò sicuti Episcoporum confirmatio, ita & consecratio ad Pontificem devoluta est.* Verum, quanquam virum hunc in materia canonica magni habeam, in hoc tamen casu ipsi parum deferendum esse arbitror, quia (quod & de aliis sentiendum velim) præ oculis tantùm habuit Concordata Aschaffenburgenia exceptiva, uti ex subsequentibus, quæ ibidem adducit satis colligitur; *Concordata autem Principum,* in quibus jus consecrandi Metropolitanis addicitur, ipsi tum temporis erant incognita, neque historiam Concordatorum

torum Principum, quantum Germaniam nostram concernit, pe-  
nitiùs inspexisse credendus est. Neque mirum; cum pro iuribus  
Belgii potissimum se vigilasse scriptis suis palam faciat.

Ex his deductis in aprico esse satis, puto, jus consecrandi Suffraga-  
neos Episcopos Rdn. Germaniae nostrae Metropolitanis ex litera  
Concordatorum Principum hodie adhuc vindicari. Haec tamen  
à me fine relata nequaquam sunt, ut Sedis apostolice reservata  
jura contra expressum Concordatorum tenorem irreligiosè impug-  
nem, cùm pacta publica maximè pro veneratione & authoritate  
eiusdem Sedis apostolice germana fide servanda & custodienda esse  
omnino censeam: sed ut reservations, quas ab omnibus & ab ip-  
somet Doctoribus curiae odiosas reputari constat, in dubio Con-  
cordatorum sensu restringendas, neque ultra eorundem literam ex-  
tendendas esse, per tacitas adeoque in Concordatis non existentes  
reservations, solidè concludam; præcipue, cùm summ. Pontifi-  
cum intentio sit, Nationem Germanicam, ultra reservations in  
Concordatis aschaffenburgenibus expressas, nullatenus gravandi.

---

## PARERGA

### EX OMNI JURE.

#### EX JURE NATURÆ.

1. *Est quidem homo ex ingenito naturæ sociale animal; sed servata regula  
propriæ cuiusvis convenientiæ: neque enim omni homini socialiter vi-  
vere, nec omni homini quævis convenit societas.*
2. *Generi humano præcip-  
pit natura sationem cum altero sexu, non singulis hujus generis: inquit  
quisdam sua individua natura & idiosyncrasia aversionem hujus societatis in-  
didit.*
3. *Hinc cælibatum pénis afficeré non est naturaliter æquum; cali-  
bem enim aut natura facit, aut virtus, aut convenientia subjecti proprii, aut  
defectus amantis:*
4. *Sociari hominibus sexus sui, vitamque communem vi-  
vere, multorum non est convenientia, nec semper est ad pacem collegiorum:  
binc*

binc vitiis perandi non sunt canonici, qui sœc. X. contra regulam CHRODONGI à communī resectorio recesserunt ad œconomias separatas. 5. Neque taxandi sunt religiosi penitus solitudinarii vel more antiquo penitus reclusi, quasi amplectentur vitæ genus nomisi in Calidioribus Orientis plagis excocatum. 6. Societates regularium non sunt adeò nigræ, prout eas denigrarum, nigre nimis notati quidam anonymi. 7. Damnare societates, in quibus plus vacatur contemplationi, quam actioni, est prætendere, omnes homines factos esse ad agendum potius quam ad contemplandum. 8. Impia & injuriosa est hæc propositio: je ne vois pas, que la société soit plus redévable à un Capucin, qu'à un Fadir; les uns & les autres sont fous & fainéans. 9. Societates tamen eorum, qui liberi muratores (Greyminäurer) vocantur, rectè damnare potuit Benedictus XIV. ex illo principio: qui malè agit, odit lucem.

### EX JURE PUBLICO ECCLESIASTICO.

1. *Forma regiminis ecclesiastici secundum institutionem Christi non est ve-  
lati in societate æquali prout contendit Böehmerus.* 2. *Sed talis est, ut sint  
veri imperantes ac obedientes, adhucque vera est hierarchia in ecclesia Christi.*  
3. *In ea præminent summus Pontifex primatu jurisdictionis in omnes prædi-  
tus.* 4. *Cù neque episcopi se se subducere queunt.* 5. *Falsum itaque & in-  
juriosum est, quod ecclesiae gallicane novissimè imposuit ex Protestantibus Cl.  
Beckers Academie regiae in Greifswald jurium Professor, in seinen Ge-  
danken und Erörterungen über das Kirchenrecht a. 1772. p. 391. ita  
inquiens: die Franzosen behaupten das systema episcopale, sie nehmen  
dahero an, der Papst seye das Oberhaupt der Kirche, nicht aber ein  
Caput jurisdictionis, sed ordinis; er hat keine Macht der ganzen Kirche  
Gesätze vorzuschreiben: sondern er ist nur der erste unter den Bischöf-  
fen, so sonst einander gleich: quæ mendacia ex iis facile retunduntur,  
quæ refert DE MAILLANE Diction. de droit Canon. Tom. II. p. 400.:  
il n'y a point de Catholique, qui ne reconnoisse & qui ne revere dans  
le Pape une primauté réelle de droit divin non seulement D'HONNEUR  
& de PRESEANCE, mais encore d'auctorité & de JURISDICTION  
canonique, sur tous les Eveques & sur les Conciles particulières. C'est  
ce, qui a été décidé en l'assemblée de la faculté de Theologie contre LU-  
THER en 1542. art. 3. 6. *Episcoporum tamen jurisdictionis æquè immediat-  
tè à Christo est, sicuti & illa summi Pontificis, salvâ subordinatione canonica**

ad Caput ecclesie tanquam ad centrum unitatis. 7. Summo Pontifici competit potestas proscribendi libros, quos constat ecclesiae universali esse nocivos. 8. Habet quoque potestatem alias condendi leges pro universa ecclesia, salvo nihilominus jure placeti in Disciplinaribus. 9. Peccare nobis per excessum videtur Espenius, ubi jus placeti promiscue extendit ad causas fidei: 10. Ubi tamen Bulla dogmatica Romae ita concepta foret, ut contineret quid adversum juribus regni, promulgari deberet secundum dogma, cum protestatione adversus id, in quo juribus regni aut libertatibus adversatur.

#### EX HISTORIA ECCLESIASTICA.

1. Clementem I. fuisse immediatum D. Petri successorem, non est certum,
2. Constitutiones apostolicas haud genuinum Clementis partum esse ex Eusebio & Hieronymo probè advertimus.
3. Decretales ante Siricium paucis exceptis, unà eum Canonibus Apostolorum inter supposita numeramus.
4. Qui plures quam viginti Canones Conc. Nicæno attribuunt, distinguere nesciunt inter Canones ejusdem Concilii proprios & Canones Sardicenses, ac sic dictos Canones arabicos.
5. Jus investiturarum per annulum & baculum justis ex causis Henrico IV. & V. ademptum fuit.
6. Quando Gregorius VII. deposuit Imperatorem & Otto I. Joannem XII. adscribendum est fatis temporum.
7. Donatio Constantini nullo ex capite admitti potest.
8. Hadrianus Papa non concessit Carolo M. jus eligendi Pontificem.
9. Famosi Canones 22 & 23. D. 63. certam fidem non merentur.
10. Falsum est usum palii à Pontificibus esse dolosè ad iura Metropolitica imminuenda excogitatum.

#### EX JURE PRIVATO ECCLESIASTICO & CIVILI.

1. Non omnes decimas in Germania esse origine suâ ecclesiasticas satis tò defendi potest.
2. Neque omnes decimas in Germania effectas fuisse ecclesiasticas ostendimus ex historia comitiorum Geilenbusancrum a. 1186.
3. Quid referendum sit ad decimas majores, quid ad minores potissimum consuetudine determinari debet.
4. De quibusdam speciebus nostris primum temporibus coli frequentius coepitis utr̄ frumento Turcico, Welschorn, pirit aut ponis terrestribus, Erdäpfel, Grundbirn; ubi nihil specialiter statutum, banc regulam assignamus: prout rariùs aut frequentius in quodam loco coluntur, vel ad majores, vel ad minores referendas esse.
5. Si idem ager sœpiùs per annum consitus, plures frugum species gignit, sequendam esse regulam arbitramur, was der Acker tragt muß zehenden geben.

Apud

Apud  
p. 558  
de, e  
fint on  
dunt L  
pro ra  
quibus  
Colum  
nihilon  
vendie  
1573.  
potesta  
cessi no  
XIV.  
resiliare  
ebum  
11. A  
conder  
crimin  
bendi  
ditione  
1. J  
perii.  
3. Ju  
protest  
pis ca  
reform  
ception  
etiam  
ademp  
tum si  
legali  
tes ten  
tandi.

Apud Ester in den Anmerkungen über das Staats- und Kirchenrecht p. 558. idem est quoque, si quis agrum alias eo anno quiescentem, die Bracte, extra ordinem coleret. 6. Prædio locato decimas solvet conductor cum fact onus fructuum. C. 28. de decim. ubi verò fructus ipsi in certas partes cedunt Domino & colono partiaro (Halbbauern, Halbwinnern) utrumque pro rata ad decimas teneri verius est. 7. Decimas de terris novalibus, de quibus non extat hominum memoria an cultæ fuerint, nunc verò coluntur (olim Larricia, Ronci, Roncalia) parochis vindicamus: sunt nihilominus qui eas vel decimatori universalis, vel Domino territoriali vendicare nituntur. 8. Quanquam Archiepiscopus Valentinus an. 1573. irritare noluerit Sponsalia clandestina, eò quid tantam sibi inesse potestatem non existimaverit: justissimè tamen ea annullata sunt in Diœcesi nostra pro utroque foro, etiam iurata: non obstante declaratione BENED. XIV. contraria. 9. Sponsalibus contractis, si status sponsi fiat melior, lic resilire nequit, uxor enim corruscat radiis mariti. 10. Parochium esse Matrimonii ministrum erat communissima sœc. XVI. opinio. 11. Alternativa illa ad quam infelix ille Felix in C. 2. de adult. & stup. condemnatus legitur, non est ubique regula universalis. 12. Impedimentum criminis non recte explicant Theologi, si ad tres tantum matrimonii contrabendi casus extendant. 13. Lex civilis nullatenus assistit contractui sub conditione turpi inito.

#### EX JURE PUBLICO PACIS WESTPH.

1. Pax Westphalica attendenda est velut lex & sanctio pragmatica Imperii.
2. Justè & etiam efficaciter adversus eum protestati sunt Pontifices.
3. Jurisdicçio ecclesiastica Episcoporum Germaniae non in omnibus casibus in protestantes suspensa est.
8. Jus excommunicandi etiam protestantes episcopis catholicis in P. W. art. 5. §. 48. concessum suos effectus habet.
5. Jus reformati D D. territorialibus pro regula: annus Decretorius verò pro exceptione à regula habendus est.
6. Jus introducendi simultaneum innoxium etiam publicum inter catholicos & protestantes D D. territorialibus in P. W. ademptum non est.
7. Subditis diverse religionis, qui in A. N. nec privatum sue religionis exercitium habuerunt, potest Dominus territorialis præfixo legali termino etiam invitum emigrationem injungere.
8. Ejusmodi emigrantes tenentur & ipsi consuetas decimationes solvere.
9. Neque jus transplantandi subditos hujusmodi negandum est D. territoriali, si transplantatis conce-

dere alibi velit religionis suæ exercitum. 10. In Principes ac subditos regilionem catholicam rediles jurisdictione Diocesana cum omni specie reviviscait. 11. Dominus territorialis etiam subditis diversæ religionis indicere potest fierias ita celebrandas, ut nihil eorum conscientie adversum statuatur. 12. Ita in partes locum non habet in iis, quæ religionem nec directè nec indirectè concernunt. 13. Votum commune, quoad jus eundi in partes merito rejicitur.

#### EX JURE PUBLICO CONCORD. GERMAN.

1. Ad Concordata germaniae reducenda esse Concordata Principum sa Decreta Basileensia à Natione acceptata & Eugenio IV. confirmata, hodi certum est. 2. Omnim Concordatorum vim pacitiam intrepidè tenui contra notissimos Concordatorum hostes. 3. Praeposituras non esse in vim eorum reservatas, verosimilius est. 4. In beneficiis, quæ Papa ad in Germania confert, ex Concordatis Teutonicus von Teutonico præferri debet. 5. Neque ex iis pro libitu Ss. Conciliorum decretis ullo modo derogari potest, invita Natione nostrâ.

#### EX JURE FEUDALI & CRIMINALI.

1. Privativam circa feuda imperii cognitionem Judicio Cæsaris aut tamquam supremæ in Germania Curie feudali vindicamus. 2. Magis literas investituræ, consuetudines Feudales germanicas, quam ad ius Feudal Longobardicum respiciendum est. 3. Episcopi germaniae feuda regalia sed dignitati annexa habent, unde veri & proprii principes Imperii sunt, sicut seculares. 4. Delictum fundat forum proinde & exteri in alieno delinqutes illius territorii forum sorriuntur. 5. Judex in causis criminalibus magis ad absolvendum, quam condemnandum reum inclinare debet. 6. Ad confessionem torturam elicitam requiritur subsequens expressa ratificatio. 7. Sentence criminales in rem judicatam non abeunt, prout ad ultimum vite momentum probatio innocentiae locum habet. 8. Principi in omnibus delictis in regula jus aggratiandi competit.

O. A. M. D. G.



Inches  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
8

Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

Principes ac subditos ad  
um omni specie reviviscit.  
ligionis indicere potest fr  
ersum statuatur. 12. Ita  
directe nec indirecte con  
partes merito rejicitur.

### GERMAN.

ncordata Principum sa  
gio IV. confirmata, bode  
etiam intrepidè tuem  
Præposituras non esse in  
reficiis, quæ Papa adbu  
on Teutonicu præferri de  
cetis ullo modo derogat.

### ITALIANI.

1. Judicio Cæsar is audie  
liamus. 2. Magis al  
ias, quam ad jus Feudal  
manæ feuda regalia su  
ncipes Imperii sunt, sicut  
xteri in alieno delinquen  
causis criminalibus mag  
are debet. 6. Ad co  
essa ratificatio. 7. Si  
oin ad ultimum vitæ mo  
incipi in omnibus delictis



## TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

dere alibi vel  
reglionem ca  
11. Dominus  
rias ità celebri  
in partes locu  
cernunt. 13  
Ex  
1. Ad Co  
Decreta Bas  
certum est.  
contra notissi  
vum eorum re  
in Germania  
bet. 5. Ne  
potest, invita

1. Privati  
tanquam sup  
literas investi  
Longobardicu  
dignitati am  
secularves. 4  
tes illius terri  
ad absolvendi  
fessionem tort  
tentiae crimin  
mentum proba  
in regula jus